Tractatus Portorij, ut sunt ingross: in Actis Cancellariae (sed nota) praeter hoc exemplar s. originale potius omne aliud originale authenticum, quo civitas utitur in Aula, in quo originali continetur clausula (si haec transactio à parte Regis servata non fuerit, civitatem ipso facto liberam fore à solutione medietatis Portorij).

Sigismundus tertius Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae Livoniaque, nec non Regni Sueciae proximus haeres et futurus Rex.

Significamus praesentibus literis nostris quorum interest universis et singulis harum notitiam habituris, supplicatum nobis fuisse, ut literas infra scriptas serenissimi olim Stephani Regis Poloniae antecessoris nostri in Actis Cancellariae nostrae contentas describere, et authoritate extradere mandare dignoremur, quarum literarum de verbo ad verbum talis sequitur.

Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, die vigesima sexta Februarij. Illustrissimus et Magnificus Dnus Regni Cancellarius Mandato Regiae Matis Privilegium in Senatus ac deinde per commissarios Senatores à Regia Mate ac Senatu deputatos ante examinatum dedit in Senatu Gedanensium oratoribus Spectabilibus Reinholdo Molnero Proconsuli Jacobo Scholle Consuli et Henrico Lombkie I.U. Doctori Syndico, quod hoc loco inserere visum est.

In nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam.

Nos Stephanus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae Prussiae, Masoviae, Samogitiae, Ricoviae, Volhiniae, Podlachiae, Livoniae et nec non Transylvaniae Princeps. Significamus praesentibus literis nostris quorum interest et intererit imposterum universis et singulis, quod cum per plures jam annos et vivo adhuc praedecessore nostro Dno Sigismundo Augusto Rege de auctione Portorij (quod Phalgeldum vulgo vocant) civitatis nostrae Gedanensis quam eidem praedecessori nostro Civitatis eius ordines per certos commissarios tum ad eam civitatem missos

Secundum.

Secundum quartam placaõis formulam sub ordinum sigillo communiter edita
promiserant multum ac sapius hinc inde disceptatum, controversum ac tra-
ctatum fuisset, quod civitatis eiusdem ordines pretenderent, non simpliciter
neque pure auctionem eam predecessori nostro promisisse, sed certas con-
ditiones temporis vel vitae ipsius Regis adjectas, et gravaminum itidem qua-
civitas afficeretur abolitionem simul et conjunctim exceptam fuisse. Ideoque
etiam ex parte Predecessoris ea conditiones defecissent, insuper etiam per
superiorum temporum rationem alia difficultates incidissent, quo minus ea
auctio effectum sortiretur, nedum ut ipsi gravaminibus tum propositis libera-
rentur, se quoque existimabant promissione sua hactenus obligari non po-
tuisse. Unde factum ut rerum istarum tractationes ad nostra usque gu-
bernationis atque Regni initia nondum definitae essent. Quoniam vero plu-
rimum interesse animadverteremus, ceptum semel a Predecessore negotium
expediri et ad finem perduci, cum praesertim existimaremus Reipubl: po-
tius utilitatem vel necessitatem quam Decessoris personam ea in re initio
spectatam fuisse. Statim a felici nostro hoc in Regnum ingressu, postquam
domesticas dissensiones, quae ex studiis partium in electione exorta fue-
rant, composuissemus, ad illud quoque portorii augendi negotium com-
ponendum auctoritatem, studiumque nostrum sedulo contulimus quidem:
Verum quia varia Reipubl: negotia tum cum Magno Moschorum Duce
bella pro dignitate atque securitate publica a nobis suscepta non pa-
rum studium hac in re nostrum moraretur, ad hoc usque tempus nondum
robur iis finis imponi potuit. Tandem eiusdem Civitatis nostra Geda-
nensis ordines, ut harum tractationum finis aliquando imponeretur,
et adiveniretur dicti portorii sui binnummalem auctionem nobis et suc-
cessoribus nostris Regibus Poloniae coronatis consenserunt hisce condit-
ionibus, ut gravamina nominatim proposita tolleretur et aboleretur.
Civitas ad meliorem statum et rei familiaris augmentum perduceretur
ac ipsi hoc gratificandi obsequio gratiam nostram Regiam integre
sibi conciliatam re ipsa experiretur. Nos igitur habita super hoc delibe-
ratione cum consiliariis nostris Regni nostri ac in iis nominatim
terrarum nostrarum Praesidia civitati et eiusdem ordinibus tam de pro-

positis

positis augendae personae conditionibus, detollendis gravaminibus, vigore praesentium literarum, eo quo sequitur modo cavendum et prospiciendum duximus, cavemus et prospicimus consilio et consensu consiliariorum nostrorum in omnibus accedente. Primum et ante omnia constituimus decernimusque et sancimus verbo nostro regio pro nobis ac successoribus nostris spondemus ac promittimus, quod isthaec auctio portorii civitatis nostrae Gedanensis, iuribus, Privilegiis, libertatibus antehac habitis et possessis, ipsi denique portorio, quod antiquitus possedit nulla ratione nullo unquam tempore nocere, obesse, derogare vel praeiudicare nec possit nec debeat. Praeterea pro rei ipsius aequitate et ex certis et iustis rationibus animum nostrum permoventibus tam centena millia florenorum, quae in placationis olim formula simul expressa fuerunt, quam praeteriti temporis auctionem, quoniam ea ad effectum perducta non fuit, usque ad initium veris proxime futuri et quicquid aliorum debitorum contributionum retentorum aut residuorum Dno Sigismundo Augusto atque usque ad tempus receptionis in gratiam Marienburgi factae debitorum nomine praetendi possit, pro nobis et successoribus nostris remisimus et relaxavimus et vigore praesentium remittimus et relaxamus, neque eorum nomine nos et successores nostri civitati negotium, actionem vel molestiam exhibebimus, movebimus, inferemus, nec per alios quoscunque exhiberi, moveri vel inferri patiemur. Placationis etiam formulam diligenter inquiri mandabimus, ac repertam quocunque tempore ita uti Decessori nostro exhibita fuit civitatis eius ordinibus restituemus et redhibebimus: Interim cum literis hisce nostris cassam irritamque esse, nec ullum postea firmitudinis, authoritatis, valoris vel obligationis robur obtinere debere volumus prout eam vigore praesentium verbo nostro regio pro nobis et successoribus nostris cassamus, annihilamus, invalidam et irritam facimus, temporibus quibuslibet futuris, civitatemque in omnibus, quae in contrarium attentari possint, indemnem praestare et contra quosvis, qui ea de re negotium facessere vel molestiam exhibere praesumpserint, nos successoresque nostri realiter, effectualiter et de facto evincere, deliberare et defendere tenebimur. Decernimus autem volumusque ut portorium id exigant more institutoque pristino civitatis tres Consules et duae Scribae, qui eo quo hactenus fieri consueverit modo, a Senatu eligantur et constituantur ac nobis peculiare iuramentum in eadem civitate praestabunt coram commissario nostro.

nostro ibidem reddere, atq; etiam quotiens opus fuerit coram nobis tanquam servi-
tores nostri in iudicio nostro respondere tenebuntur et erunt astricti. Volumus
etiam et consentimus pro nobis et successoribus nostris, ut aestimatio exigendi
de mercibus portorii pro valoris conditione penes Senatum more hactenus con-
sueto permaneat, nec supra biennalem auctionem portoriorum vel ex
nostra vel ex civitatis parte illa ratione amplius augebimus, neq; successo-
res nostri augebunt. Immunitates quoque quibus protentus portorii diminuatur
nos et successores nostri nemini dabimus neq; nostrarum mercium noie
et colore quanquam portorium illud eludere vel intervertere promittemus.
Ut praeterea in loco consueto intra civitatem et non alibi portorium con-
junctim percipiatur, et ibidem raties nautarum et mercatorum de navibus
bonis et mercibus illorum ineantur et conferantur. Utq; litera passus sub con-
sueto civitatis sigillo navigantibus edantur. Et generaliter oem hanc
percipiendi portorii rationem nos et successores nostri nunquam imposterum
mutabimus vel innovabimus. Volumus etiam sancimus et promittimus nos et suc-
cessores nostros civitatem in jure maritimo, quae illi affinia sunt, quae Civi-
tati competunt perpetuo conservaturos, eamq; in rem nominatim privilegium
Divi Casimiri Regis et Antecessoris nostri datum in eadem Civitate nostra
Gedanensi Dominica Cantate Anno Domini millesimo, quadragentesimo, qui-
quagesimo septimo, quod de facultate navigationis, ac littora regendi, admi-
nistrandi, navigationem aperiendi et claudendi cum nostro tu. consensu et
voluntate exprimit ac disponit, autoritate nostra regia pro nobis ac suc-
cessoribus nostris confirmamus, renovamus, corroboramus, ac iubemus et
sancimus vel secundum istius Privilegii tenorem civitas in juris eius plena
ac pacifica possessione et usu, ubi hactenus fuit deinceps etiam absq;
aliquo praeiudicio vel impedimento perpetuis temporibus retineatur et con-
servetur. Et quia quod ad naufragorum et quae illis cognata sunt
cadicorum rationem attinet: D. Sigismundi etiam Privilegium civitati
collatum exhibuit, quemadmodum in eo concessum reperimus, ita nos
quoq; praesentibus benigne consentimus ut si quae res sive merces ex
quocunq; naufragio ad universum eius Civitatis littus pervenerint, quae
dispositioni nostrae et successorum nostrorum reservata esse vo-
lumus et reservamus, illae ipsae res in fideli custodia Burgrabijae to-
tius Magistratus Gedanensis conserventur, tamdiu quoad Domini aut ha-
res earundem

res earundem rerum, aut mercium ex naufragio provenientium comparuerit et illas iure repetierit, et dum cognoscetur quod eiusmodi merces in suo valore durare nequeant, habebit Burgrabius noster Gedanensis cum ipso Magistratu potestatem eas vendere, et pecuniam inde provenientem asservare. Casu vero quo tractu convenienti temporis nemo compareret, qui huiusmodi ius suum et res illas ad se pertinere possint docere, ex tunc ipse Burgrabius Gedanensis simul cum Magistratu ibidem nos de iisdem rebus informare et certiores redders tenebitur. Ut nos et successores nostri de illis disponere valeamus. Idem observari per oia debet in bonis caducis sine legitimis haeredibus post obitum relictis. Ne item ulla nova vectigalia vel exactiones per nos et successores nostros nec terra nec aqua in fluvio Vistulae civitatis eius civibus imponantur temporibus quibuslibet futuris, quemadmodum iam antea praefato Casimiriano Privilegio ea de re cautum est, praesentibus hisce ordinamus cavemusque. Tandem etiamsi forte contingat, ut auctionis huius occasione quispiam civitati negotium faceret muneri nostro regio quod in defendendis, indemnibusque praestandis subditis nostris versari intelligimus minime nos successoresve nostros defuturos promittimus. Deinde quia nonnulla a civitate proposita fuerunt, quibus tam gravari existimaret ut eam authoritate nostra vel aboleremus vel ad aequitatis aliquam rationem reduceremus humiliter supplicaverat, ea consiliariorum nostrorum consilio et sententia adhibita hoc omnino modo atque ratione definienda existimavimus, quemadmodum et praesentibus definimus ordinamusque, ac primo quidem quod ad commissionis a D. Sigismundo Augusto in eam civitatem missae, negotia attinet, etsi sciamus gravissimis de causis D. Decessorem nostrum adductum commissarios suos in eam Civitatem designasse, quia tn. magna temporum perturbatio varietasque consecuta fuit, eaque quae commissionis eius autoritate sancita promulgataque fuerant nunquam adhuc ad effectum deducta sunt. Placationis etiam formulam D. Decessori nostro civitas ita obtulerit, ut a commissione illa, eiusque oibus gravaminibus benignissime se liberari petierit, eaque placatio a Divo Decessore nostro Sigismundo Augusto ita accepta fuerit, nos tata isthac causa diligenter examinata et perpensa volumus, ne quid imposterum de ea quaestionis vel controversiae relinquatur. Sed ut civitas in iure et statu suo quo antea fuerat, deinceps etiam permaneat, nec vi istarum actionum et constitutionum commissarialium quicquam de statu civitatis immutetur

ac proinde.

ac proinde pro nobis et successoribus nostris Civitatem nostram Gedanensem
et omnes eius ordines ac cives realiter et effectualiter ab isthac tota com=
missione, et omnibus eius attinentiis et gravaminibus clementissime relevamus
et liberamus constituentes ac decernentes auctoritate nostra regia, ne quid
illorum, quae in civitatis praejudicium, contumeliam et damnum, acta, gesta,
constituta sunt, quorum etiam numero famosos libellos Fridewaldi et pro
rumvis aliorum comprehendimus et cassamus, ullo unquam tempore nec Ma
gistratus nec civium honori, existimationi et fidei. Civitas item turibus,
privilegiis, libertatibus et probatis consuetudinibus quoquo modo obesse, nocere
derogare vel praeiudicare possit vel debeat. Ita tamen ut et pertinere interim
ad nos agnoscamus, quotiens publicae utilitatis aut ipsius Civitatis ratio id
postulaverit commissarios nostros ad Civitatem mittendi arbitrium neque
in hoc jure quod legitimum et indubitatum D. Decessoris nostri habuerunt
quoque iam inde ab initio usi sunt nostro successorumque nostrorum auctoritati
illa se derogatum velimus: Commissarii autem si quos forte nos successo
resve nostri mittendos existimarint, ea cum potestate mittentur, ut secun=
dum juris communis permissionem à delegatis ad Principem referendi
jus potestatemque gravari se existimantibus concedant, iisque ad nos appellari
possent quem post Deum immortalem unicum in terris Dominum agnoscunt
Dei Magistratuum privatorumque ad Tribunal nostrum Regium evocationibus
statuimus ac decernimus in privatorum causis ordinariam Civitatis juris=
dictionem iurisque eius progressum rationemque usitatam minime turbandam
vel impediendam. De Magistratuum autem vel negligentia vel injuria
culpare alia si querendum quis existimaverit in eo si temere negotium il=
lis fecisse indicatus fuerit, volumus ut is et in impensas condemnetur
et alias etiam poenas, quae vel in temere litigantes vel calumniatores sta
tui solent, subeant proque causae cognitione severe puniatur. Si qui etiam
contumeliosis citationibus existimationem Magistratus vel privatorum
laeserint, contra illos recte injuriarum agetur et pro injuria atrocitate im
pune non erit. Mandata è Cancellaria nostra posthac nulla edi mandabi
mus quemadmodum et praesentibus mandamus ordinamusque quibus legitimus
juris et instantiarum ordo et usitatus Judicii processus, in quibuscunque causis
et actionibus ad Civitatis jurisdictionem pertinentibus suspendatur vel impedi=
atur. Quod si tamen pro causae vel actionis qualitate magistratus vel
partium informationem res desiderare videbitur tota causa quemadmodum
ab eo qui

ab eo qui mandatum aliquod petierit, narrata fuerit, illo comprehendantq, ad quam narrationem si quid respondendum vel aliter informandos nos successoresve nostros Magistratus censuerit, per eum qui cum eo mandato se appellaverit clausis literis intra bimestre tempus in die exhibitionis mandati id faciant, quod si praetermiserint et is qui mandatum attulerat protestatq eo nomine idoneis testibus fuerit, eiusq rei Instrumentum indubitatum protulerint aut vero fecerint quidem, sed tamen non satis causa, quo minus prius mandatum executi sunt, nos successoresve nostri censuerint tum demum ad poenalium mandata procedetur. In causis vero criminalibus in civitate ista usitatum legitimum juris cursum impediri noluimus. Mari, siquid pro re ac necessitate Regni et ditionum subditorumq nostrorum gerendum statuerimus, successoresve nostri statuant, maturie id deliberateq fiet, et civitatis nostra Gedanensis, quae maritima expeditione maxime ceteras afficeretur, aequa ratio habebitur. Tale vero praedonum speculatorumq genus, quale hactenus cum publico incommodo fuit, plane abominamur nostrique et successorum nostrorum nomine tollimus. Salvi conductus ad excludendas controversias et actiones civiles nulli dabuntur, ita autem iis, quibus aliqua ex causa dati fuerint, uti volumus, ut non modo ad licentiam impunitatemq iis non abutantur, sed ne ab ordinaria quidem jurisdictione iis sese exemptos existiment ac a vi quidem et potentia magistratuum tecti illis sint, nec interim in contemtum salvi conductus nostraq auctoritatis carceribus coërceantur. In hiis tn. nihilominus respondere legibusq obtemperare teneantur. Tum vero ultra trium mensium spatium nemini dare volumus, intra quos et Magistratus, si indignum qui salvum conductum acceperit beneficio hoc Principis existimarit nos informare possit et is qui in tutelam accepitur a nobis fuerit priusquam salvus conductus expiret contra majorem vim si tutela nostra dignus est, denuo sibi prospicere: si quis etiam pretextu salvi conductus eodemq stante crimen aliquod commiserit, illo non obstante non prehendendi jus magistratui erit, rectequi eum ex lege aequa et pro ratione admissi facinoris animadverti poterit. Statn. ut nos successoresque nostros primo quoq tempore de eo informet. At jurisdictione et communibus muneribus aut oneribus civitatis personalibus vel realibus neminem eximemus, successoresve eximent. Ad eos vero quod attinet qui a D.D. Decessoribus nostris aut nobis etiam ipsis antehac huiusmodi literas impetrarint, iis eam mentem sententiamq Decessorum nostrorum nostramq sicut ante fuit ita adhuc esse praesentibus declaramus; ut eo saltem usq uti iis possint si non ex recenti sed contractu vel delicto eo loci commissio conveniantur. Quod si vero qui huiusmodi aliquo Privilegio nostro Decessorumve nostrorum muniti sint.

muniti sint eo ad aliorum injuriam abuti fiduciaq eiq delicto aliquo aut con
tractu obstringere se voluerint. Ordinarii Magistratus iudicium, cui vel con
trahendo vel delinquendo tacite quodam modo ipsi se submittunt minime
recusare possint. Hoc etiam pro rei ipsius aequitate et Civitatis iure conser
vando statuimus contuberniis opificum caterisq collegiis privatim privile
gia aliqua minime danda, si quae etiam data sint nulla iisdem iuris au
thoritatem tribuentes. Senatus vero majorum de collegiorum corporumque
statutis (salva fide nobis successoribusq nostris debita) ex civitatis ra
tionibus et communi utilitate statuendi jus potestatemq integram relin
quemus. Moratorias etiam literas civium, incolarumve aut inquilinorum
civitatis, quae domicilium aut continuam mansionem negociationis cum
civibus exercendi causa ibi habuerint, nemini dabimus, successoresve dabunt,
nisi qui fortuna adverso casu bona amiserint, et de amissis testimonium
a Senatu habuerint, eos nomine commendati fuerint. Ad transmaritij salis
in Prussiam subvectionem quod attinet, ubi iura Prussia in suo statu per
manere et salva esse volumus; ita civitatem quoq nostram Gedanensem
in iisdem iuribus et libera salis subvectione intra Prussiam uti antiquitus
fieri consuevit absq aliquibus novis exactionibus vel impositionibus integre
conservabimus, et successores nostri conservabunt. Quod etiam Vistulae
fluminis cursum nonnullis in locis averti Civitas questa fuit, ne quocunq
pretextu is deriveturve, aut quid in eo fiat, quo deterior quam ante
hac fuit navigatio, fiat, statuimusq prohibemusq ne si quid ante hac
turbatum fuerit, in pristinam causam oia restituemq et restitui fa
ciemus. Cum etiam Mercatores et praesertim peregrinos in Nobilitatis
ac Civitatum injuriam pelles, frumentum, humulum, ceram, linum et
alia mercium genera in villis et pagis emere vendereve et opificia ac
negociationes illicitas contra publicas Terrarum Prussiae constitutiones
exercere solere intellexerimus, firmiter posthac ne id de cetero fiat
prohibemus, statuentes ut nemo posthac peregrinorum contra iura, priui
legia et consuetudines Terrarum Prussiae ulla in civitate locove alia ne
gotia exerceant, neq etiam in contravium illi exercendorum privilegi
um commerciorum aut jus tribuemus, successoresve nostri tri
buent. Si quae etiam contra jus publicum et prisca civitatis et Ter
rarum Prussiae iura Privilegiaq in contravium emanarint, ea praesen
tibus hisce irrita, abrogataq esse volumus. Monopolia etiam quae in
fraudem istius civitatis instituj vel exercej possint, vetita et sublata
esse volumus. Ad possessiones Civitatis quod attinet, intelligimus
D. Casimirj Regis beneficio alterasq ad civitatem pertinere, itaq cum
hac privilegia

eiꝰ gnis sint, ut nullam oio dubitationem habeant, clementer sane nostra etiam authoritate illa confirmamꝰ, utq in perpetuum eas Civitas quemadmodum ante hac possedit, eo quoqui optimo iure possident possideat, teneatq consentimus. Praeter has si quas vel à posterioribꝰ Regibꝰ vel privato emptionis aut permutationis titulo civitas habeat, in quibꝰ dubitationis aliquid sit, quas exiguas esse à nobis iudicatum est, et si diverso iure à Civitate possideantur, eandem tamen illarum rationem esse videamꝰ, ut nimirum non modo ex dignitate sed usu etiam communis Reipubl: esse arbitremur, quo ea penes Civitatem perpetuo permaneant. Itaq quantum in nobis est non modo ipsi in eo iure Civitatem non turbabimus, sed si quid est, quod objici contra id possit ad id in publico Regni conventu tollendum clementiam operamq nostram civitati deferimus, ut de iis comitiorum quoq authoritate Civitati caveatur. Quae oia et singula uti supra scripta sunt per nos et successores nostros rata firma ac perpetua conservabuntur, neq nos aut successores nostros adversꝰ ea in Civitatis nostrae Gedanensis praejudicium aut detrimentum quicquam facturos vel fieri passuros in verbo nostro regio pro nobis et successoribꝰ nostris promittimꝰ ac pollicemur. In quorum certissimam fidem et evidentius testimonium haec manu nostra subscripsimꝰ et sigillo Regni nostri Majori appenso communiri iussimus, Datum Varsaviae in conventu Regni generali die vigesima sexta Mensis Februarii Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Regni vero nostri anno nono. Praesentibꝰ Reverendissimis, Reverendis, Illustribꝰ, Magnificis, Generosis Stanislao Karnkonwsky Dei gratia Gnesnen? Archiepiscopo Legato nato et Regni nostri Primate, Petro Myskouwsky Cracovien? Hieronymo Posdrazowsky Cujavien? Petro Dumwolsky Plocensi, Alberto Baranowsky Promisliensi et Regni nostri vice-cancellario, Jacobo Woroniecky Kyovien? Episcopo Nicolao Christophoro Radzywil Duce in Dubnik et Bierze Wilnen? Solecen? Borissorien? Eustachio Wolowicz Castellano Wilnensi et Magni Ducatus Lithuaniae Cancellario Brisiensi, Cobinen? Joanne Chlebowicz Castellano Trocen? et Magni Ducatus Lithuaniae Thesaurario, Petro de Potaliae calissiensi, Alberto Lasky Siradien? Joanne Splawsky Inowladislavien?, Constantino Duce in Ostroꝰ Kyovien? et Marschallo Wolhiniae, Janussio Duce in Ostroꝰ Wolhiniae, Nicolao à Mielico Podoliae Corczinen? Grodecen? Philone Kmitha Smolencecen? Orsanen? Joanne Terlo de Schekarzewicze Lublinen? Pilsen? Nicolao Diohosnisky Polocens? Stanislao Zolhiewsky Belsen? Gregorio Filnisky Plocensi Zakroczynien? Mlaven? Stanislao Krisky de Drobnim Masoviae Plocensi Dobrynen? Anselmo Gostomsky Ravensi, Nicolao Dzialinsky Culmensi

menij, Bratianen: Ianúsßio Zbarasky Braeslaiien: Cremenceen: Pnisen: Palatinis et
Capitaneis, Stanislao à Ternow Sandomirien: Ioanne Renasky Callisienij Jacobo
Lorentowsky Brecslenij, Paulo Seruwinsky Lancicien: Sochaczenien: Varacen:
Stanislao Wlodek de Hermanow Camenen: Halicien: Colomen: Andrea Firlej
de Dambrowicza Lublinen: Sandomirien: Stanislao Radziminsky de oboij
Podlachia, Loricen: Michaele Starabúrda Mnisen: Ioanne Kosciclewsky
Miedzyßicen: et Bydgosticenij, Georgio Mrisek Radomien: Sanocen: Soka,
len:, Stanislao Sirakowsky de Bogúslawice Landen: et Pisdecen: Nicolao
Herbort de Falkin Halicien: Leopolien:, Stephano Grúdzinsky Nakien:, Si-
mone Sesúbsky Inowlodenij, Gosenen:, Stanislao Gotomsky Sochaczowien: Ra
ven: Alberto Reczaisky Warßowien: Despaten:, Stanislao Byßowsky Conarien:
Castellanis et Capitaneis, Andrea Opalinsky de Bmie Regni nostrij Súpremo
Marschalco et Majorir Poloniae Generalij Capitaneo, Ioanne de Zamoscie Re-
gni nostrij súpremo Cancellario et Exercitúm generalij ac Cracovien: Mariem
búrgenij, Kniezynen: Capitaneo, Ioanne Dúlsky Castellano Culmenij et Re-
gni nostrij súpremo Thesaurario Branß: Súrazen: Sucien: Rogomeney Capi
taneo, Alberto Radziwil Duce in Olyka et Nesvis Curia Magni D. L.
Marschalco, Petro Tylicsky Secretario majore Regni praeposito Gnesnen: Cra
covien: Posnacien: Warmienij, Ioanne Tornowsky Referendario Curiae Re-
gni Wladislavien: Lancicien: Crasnicien: praepositis, Hiacinthio Mlodzici-
owsky, Curiae nostriae Thesaurario, Stanislao Crasyesky currúum nostro
rúm praefecto Lublomlien: Capitaneo, Laurentio Gosliesky Decano Plocen:
Cracovien: Sandomirienij, Ioanne Piotrowsky Scholastico Lancicien: Cisto,
de Sandomicien: Cracovien: Posnanienij Canonicis, Paulo Zaiweskowsky
Archidiacono Premsilien: Secretariis nostris: Hieronymo Philipowsky Lecti
stratore nostro Húsen: Strúenij Capitaneo, Marco Sobiesky Vexillifero Curiae
nostrae et aliis multis officialibus Secretariis aulicis nostris, nec non nuncijs
terrestribús ad praesentem nostram Warßavien: congregationem sicere et
fidelibus dilectis. Quod quidem Privilegium antequam redderet Magnifi-
cus Dominus Cancellarius iisdem Gedanensium Oratoribus in Senatu
praesentibus praefatus est. Ita hoc Privilegium concedere Mayest: Reg: Ge
danens: Civitati, ut nolit ulla in re praejudicari aut derogari libertatibus et
privilegiis nobilium aut Ecclesiae Wladeslavien: quae Sartae tectae Regia
Matas conservari vult et suum robur obtinere cupit. Nos itaq; Suppli-
cationi eidem benigne annuen: praeinsertas literas ex actis eisdem de-
scribi et authentice extradi mandavimus Datum Warßoviae in Comi-

tiis

tiis Regni generalibus die 31 Mensis Martii Aō Domini M.D.LXXXX Regni nostri anno 3.

Johann Zamoysky
R.G. cancell: Mpp

Rx Mis et Magnifici Joannis Zamoisky de Zamoisce R.P. Supremi Cancell: et exercituum Generalis Belzen: Mariemburgen: Knisszynen: Miedzeczecen: Capitanei.

Raphäel Stratowsky. Mpp

Decretum Regium inter Thesaurarium Terrarum Prussiae et Advocatum arcis Mariemburgensis ratione Iurisdictionis insularum Mariaeburgensium majoris et minoris.

Sigismundus Augustus Dei gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae Significamus etc. Quod cum orta esset controversia coram Iudicio relationum propriarum nostrarum causarum ad nos cognitionemque nostram pertinentium inter Generosum Joannem Kostka de Stemborg Castellanum Gedanensem, Terrarum nostrarum Prussiae thesaurarium Pucen: Dirsehovienq capitaneum ab ura et Generosum Joannem Kostka à Stembeig arcis nostrae Mariaeburgensis Advocatum parte ab altera, ratione Iurisdictionis insularum nostrarum Mariaeburgensium majorum et minorum quam utraque partium praenominatarum sibi competere de jure ex antiqua consuetudine asseverabat. In terminoque Relationum nostrarum hodierno, partibus utrisque coram Iudicio.